



Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Commemorat. Animarum Fidelium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

Commemor. Animar. Fid. 153



COMMEMORAT. ANIMARUM FI- DE LIUM.

THESES I. *Miseremini mei, misere-* Præceptum
remini. Job. 19. v. 21. Triplex eas juvare.
præceptum urget, ut juvemus animas di-
in purgatorio. I. *Præceptum Natu-*
re: omne quodcunque vultis, ut fa-
ciant vobis homines, & vos &c. Matth.
7. II. *Præceptum Charitatis: Hoc est*
præceptum meum, ut diligatis invi-
tem. Joan. 15. III. *Præceptum Misericordie:* Estante Misericordes &c. Qui
habuerit substantiam hujus mundi, &
viderit fratrem suum necessitatem ha-
bere, & clauserit viscera sua ab eo, quo-
modo &c. I. Joan. 3. v. 17.

THESES II. *Misi Jerosolynam of-* Modus ju-
ferri pro peccatis mortuorum Sacrificium, vandi.
2. *Machab. 12. v. 43. Quatuor*
modis juvari possunt Animæ Defunctorum.
Scilicet I. *Oblationibus Sacer-*
do-

dorum. II. Oblationibus Piorum.
III. Jejunio. IV. Et Eleemosina
S. Gregor. epist. ad Bonifacium.

Motiva.

THEISIS III. *Saltem vos amici mei.*
Job. 19. v. 21. I. Animabus in purgatorio subvenire Nihil Charitati magis consentaneum, quia seiphas juvare non possunt. II. Nihil magis necessarium, quia nos quoque aliquando manus, respectu nostri, ligatas habebimus, & manu aliena indigebimus. III. Nihil facilius, quia per bona opera, Missa Sacrificium &c. id praestare possumus.

Anima misera.

THEISIS IV. *Misit eum in carcere.*
Matth. 18. v. 30. Fideles defuncti in Purgatorio sunt I. Servi, qui vincula sua frangere nequeunt. II. Debtores, qui debita sua solvere non valent. III. Exules, qui ad Patriam suam ire non possunt. *La Selye tom. 4 de Sanctis.*

Purgatorium.

THEISIS V. *Non exies inde, donec etiam novissimum minutum reddas.* Luc. 12. v. 59. Purgatorium est I. Terra dolorum. II. Terra tenebrarum. III. Terra oblivionis. *id. ibid.*

Pæna.

THEISIS VI. *Tradidit eum tortori.*

bus, quoad usque redderet universum debitum. Matth. 18. v. 34. Cruciantur I. Ob Peccata, quæ in hoc mundo perpetrârunt. II. Ob Virtutes, quas acquirere neglexerunt. III. Ob Paradisum, quem non satis ardenter desiderarunt. id. ibid.

THESES VII. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Ecclesia. I. Carent Requie; en pena sensus! II. Carent Luce, en pena danni. Vide Fullonium in Indice Conciones, fol. 93. col. 1.

THESES VIII. Sancta & salubris Devotio est cogitatio pro Defunctis exorare. 2. Machab. 12. v. 46. Devotio pro animabus in purgatorio I. Deo accepta, quia redundat ad ipsius honorem; quia desiderat hoc à nobis fieri; quia in animabus Christo sic, veluti in suis membris. II. Animabus salubris, quarum debita expungit; quarum supplicia extinguit; quarum felicitatem procurat. III. Nobis meritoria, propter perfectissimos actus virtutum Fidei &c. propter certissimam earundem gratitudinem; propter illarum apud Deum gratiam, & potentiam.

THE.

Motiva.

THEISIS IX. Beati Misericordes &c. Matth. 5. v. 7. Quinque moveant causæ ad condolendum, & succurrentum Sanctis Animabus in Purgatorio. I. Obligatio Charitatis, quæ stringit nos. II. Acerbitas personarum, quas patiuntur in hoc loco tormentorum. III. Bonum, quod illi auxilio nostro procuramus. IV. Beneplacitum Christi, Beatissimæ Virginis, Angelorum, & Sanctorum omnium, quorum interest, ut liberentur. V. Gloria & utilitas, quæ in nos redundant ex earum liberatione. *Diotallevi in Stimulis ad veram Devotionem.*

Opus Charitatis.

THEISIS X. Santa & salubris cogitatio pro Defunctis exorare. 2. Machab. 12. vr. 46. Non est Opus Charitatis præstantius, quam quod exercetur erga Mortuos, sive consideretur. I. Qualitas Personarum, quibus afflittur. II. Sive magnitudo Peccatum, quas patiuntur. III. Sive Bonum, quod ipsis procuratur. *Craffet Confidit pro hoc die.*

Cœmeterium.

THEISIS XI. Ad terram tenebras, & operam mortis caligine. Job. 16. Cœmeterium I. Locus est Humilicibus.

tis, qui superbos humiliat, II. Locus est Doloris, qui etiam insensibiles tangit. III. Locus est Orationis, qui etiam inde votos ad orationem incitat.

THEISIS XII. *Misericordia motus, Compassio.*


Luc. 10. v. 33. In compassionē sunt quatuor: Pietas, erogatio, sollicitudo, protectio: I. Pietas voluntatis. II. Erogatio facultatis. III. Sollicitudo necessitatis. IV. Protectio ab hoste.
S. Bonav. in Ps. 118.

THEISIS XIII. *Quodam tempore in aqua supra virtutem ignis.* Sap. 16. v. 19. Ignem aquā miscere vetus Proverbiū apud Plutarchū est, quo impossibilitas indicabatur: verūm hoc tempore non indicat impossibilitatem, quando ignis Purgatorij aquā Pietatis temperari potest.

THEISIS XIV. De Purgatorio vide sis Theophilum Raynaudum in Indice Concionatorio in festa Novembris fol. 251. habebis octo Conaciones de Sublevatione Animarum Purgatoriij.

THEISIS XV. *Saltem vos amici Auxiliū, L. mei.*

mei. Job. 19. v. 21. I. Immortalitas animarum, sicut eas vivere adhuc ita Proximos nostros esse demonstrat. II. Fragilitas animarum, licet in Sanctis Gratiae deceplerint, auxilio nostro ergo ad plenam satisfactionem pro commissis olim peccatis ostendit. III. Solicitude Ecclesiæ, qua eas Deo commendat, debet esse exemplum nostrorum curæ, quam de iis gerere oportet.



FESTUM S. MARTINI Episc.

Charitas
proximi.

THESES I. Sive vivimus, sive morimur. Rom. 14. v. 8. Dominus si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: orabat moriens S. Martinus. Unde Problema statui possum: Quid præstantius sit, pro Christo morivere cum posses? an pro Christo vivere, mori cum posses? movere hoc dubium S. Petrus Damiani verbis suis: *Magnum est mori pro Christo, sed non fieri vivere pro Christo.* Serm. 65. de S. Barbatiano.

THE